



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

De Sponsa Stvprata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36207

DIVORTIIS.

cobitationem maritalem, illud damni accessit, non sit separatio, quia morbi non diuellunt coniugia, Sed dilectio coniugalis requirit patientiam & orationem. De pluribus autem circumstantiis, Iure consulti disputant.

DE SPONSA STV. prata.

Quando quis sponsam suam nuptiis celebratis, non inuenit virginem accusationemq; instituit, difficilis sane, & permolesta est diiudicatio. Multo enim satius est, maritum hac in silentio tegere, & animo secum reputare, se quoque in sua vita sepius peccasse, ac Deum sibi istam crucem imponere, ut e' wis in & p erga vita sociam exerceat. Deinde si actionem instituat, non potest ea abire sine deformatione vtriusq;, imò etiam omnium propinquorum. Præterea accedunt alia damna & mala, que cauere uilius fuerat, quam moueri aut accersi sibi aut alijs.

Si uero actio coram iudicibus competentibus instituitur, prudenter omnia sunt inuestiganda, an maritus id antea scierit, an post animaduersionem mox abstinuerit, an uero dissimulato isto malo aliquandiu, postea offensus alia re, ex iracundia reuelarit, an ipse bona uita re-

DE CONIUG.

stimonium habeat, & similia. Sunt praeterea omnia grauiora, quando pragnans est, aris cœlari non potest.

Tentanda autem omnibus modis est reconciliatio, ut simul in coniugio uiuant, ex istis rationibus:

Quia non sine consilio & iudicio Dei singulari, talis ipsi sponsa obtigerit. Deum enim omnia arcana nosce. Ac sunt pœna diuina patienter ferenda. Sæpè etiam Deus, peccata peccatis uolsci solet. Est igitur pietas, Dei uoluntati sese submittere, ac crucem impositam ferre leniter, & rogare Deum, ut ipse arummai moderetur.

Quia Deus multò plura ac maiora peccata, quotidie condonat. Et Christus inquit. Estote misericordes, sicut pater uester cœlestis misericors est.

Quia arcana non tam reuelanda, quam regenda sunt, iuxta dictum, Delicta operum cœlitas.

Quia reuelatio talium rerum, non tantum in stuprata, sed etiam in marii ignominiam redundat, & deformantur totæ cognationes.

Quia

DIVORTIIS.

Quia vno malo moto, plura simul moueri solent. Nam Diabolus delectatur conspurcationibus hominum, praesertim coniugum & ex vno filo, vt dicitur, magnam telam contexere studet. Item, Mala benè condita, non sunt mouenda. Item, Stercus motum sordet.

Quia odia, inimicitia, iniuria, insidia, saepe etiam neces, ex eiusmodi rebus oriuntur.

Quia etiam interdum falso iraducuntur persone, quibus postea non potest honor suus restitui. Nam caullationes eiusmodi, vulgus tenaciter retinet.

Quia Deus forte aliam daret, qua vel fidem conjugalem non obseruaret, vel alioquin semale gereret.

Si verò tentationi nullus relinquitur locus, ac maritus integer vita cognoscitur, an possit fieri diuortium, indices pii ac prudentes considerabunt, ac decernent, iusto tamen spacio interposito, si forte emolliri ad retentionem maritus queat. Nam tandem & innocenti persone, auxilium praestari conuenit.

In veteri Testamento, publica lex extabat de eiusmodi casu, vt si re indicata facinus deprehenderet.

DE CONIUG.

prehensum esset, à populo rea lapidibus publice obrueretur, in publicum disciplina exemplum. Sin verò maritus falsò eam accusasset, ut non tantum centum argenti Siclis, sed etiam verberibus egregie mulctaretur, atq; uxorem per omnem vitam retineret, cum tamen alioquin propter leues etiam causas, licitum esset libellam repudij dare. Deut. 22.

DIVORTII PROPRIETATES.

Pertinet ad causam formalem divortiorum, etiam illud annotare, quasnam habeant proprietates divortia, ut nimirum rectius intelligi queat, qualemnam mutationem separationes ista coniugum adferant. Sunt autem proprietates istae:

Primum res ipsa Coniugij soluitur, hoc est nervus, vinculum, colligatio, unitas, vite conjugalis consuetudo discerpitur, dinellitur, soluitur in uniuersum. Nec sunt inania vocabula, eiusmodi legitima separationes, Sed res ipsa. Coniugium duos vni iungo, per omnem vitam iungit atq; includit. Divortium istos duos, ex isto communi iungo dissolvit atq; excludit. Qui igitur maritus fuit, non est amplius maritus, Quia